



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXIII. Qualis panis ac Vinum sint Materia Eucharistiæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Sacramentum agnouerunt, etiam omis-
fa mandatione; Licet Benedictio fi-
at in ordine ad manducandum.

3. Dissimilitudo Baptismi & Eucha-
ristie id declarat: Nam Baptismus non
est aqua; sed aquæ applicatio; quæ est a-
ctio transiens; At Eucharistia est Res
ipsa benedicta, res permanens per se &
saera, non communis: Sic 1. Cor. II. Pa-
nis, quem frangimus: Calix benedictionis,
cui benedicimus. Atque illi Rei permanen-
ti conuenit definitio Sacramenti; ut sit
signum visibile, gratiæ inuisibilis. Vide
Lutherocal. p. 3. q. 55.

QVÆSTIO XXIII.

q. 57.

*Qualis Panis & Vinum sint MATERIA Eu-
charistie?*

XXX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINIANI Panem fer-
mentum rufili deposcunt, cum Græcis Schis-
maticis. Vide *Lutherocal.* p. 3. q. 56.

CHRISTVS. At Mat. 26. Prima die
Azymorum, feria V. Luna & IV. vesperi,
accesserunt discipuli dicens: *Vbi vis pare-
mus. &c.* Sic Mar. 14. Prima die azym. quando
Pascha immolabant. Luc. 22. Venit dies azym.
in qua necesse erat occidi Paschæ.

2. Ac ne feriam VI. Lunam XV. pu-
tes serotinam video ait Ioan. 13. *Ante di-
em festum;* sc. Luna XIV. Et post die
clamabant: *Non licet nobis interfere,* sc.
ob festum Luna XV. quo Pascha bo-
num, ouiumque immolandum: ideo nec
Prætorium intrarunt Ioan. 18. *Vnum di-
mittam vobis in Pascha;* ipsa XV. Luna.

3. Hisce consentiunt S. Patres om-
nes recti corde. At qui cum initio feria:

VI. quod dabatur vesperi feria V. Pa-
scha manducaui, & continuo post in-
stitui Euch. in ferm.

XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI sentiunt, Vinum posse misceri aqua;
at non ex debito, seu præcepto: factio tamen non mi-
scetur in Cœna.

CALVINIANI aquam etiam dirè execrantur
in Cœna.

CHRISTVS. Ego verò ipse in Cœ-
na sacra, calicem vini aquâ permiscui;
etsi nullum id verbum scriptum, Tra-
ditum tamen testatur, in Liturgia Iaco-
bi, in Const. 1. 8. Clementis, &c. & om-
nis retrò continuata ætas, & S. Patrum
harmonia. Vide *Lutherocalvin.* par. 3.

QVÆSTIO XXIV.

*Ancerta Verborum FORMA conficiatur Sa-
cramentum? Et ab alio, quam
Sacerdote?*

XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI aiunt: Sed ore & voluntate Christi
per Ministrum; non ore Sacerdotis vi iussionis
Christi &c.

CALVINIANI negant: sed verbum concio-
natorum, aut Institutionis Recitatorum ex
1. Cor. II. requirunt. Quod hæc verba velint ad
instruendum populum historiæ recitari; non
ad benedicendum Panem ac Vinum. Vide *Lu-
therocal.* p. 3. q. 8.

CHRISTVS. At Ego, i. Pronuncia-
ui hæc: *Hoc est enim Corpus meum: Hic est
enim Calix Sanguinis mei.*

2. Hisce Consecraui: quia dicta ver-
ba ea statim esse vera oportuit. Idque
esse, quod affirmant.

3. Volui eadem repeti; ijsdemque cō-
secrari. & id per os Sacerdotis; non per

K 3. fol. 1a

